

181  
FUNUS  
SENIS EMERITI  
V I R I

*Admodum Reverendi, atq; Doctissimi*

**MICHAELIS  
RINGELTAUBII,**

*Hactenus ultra XL Annos*

Hic Thorunii in Nova Civitate  
Ecclesiastæ Teuto-Polonici

*Vigilantissimi,*

& demum per tres Annos Emeriti,

*Qui natus Eylavii Borufforum Anno 1633.*

*Factus Ecclesiastes primum Belschwicensis, A. 1658, dein*

*Freystadiensis, A. 1660, demum*

*Thoruniensis, A. 1671,*

*Denatus d. 15. April. Anno 1714,*

*Annò nimirum Ætatis 81, Ordinis sacri 56.*

**Exequiarum solenniorum Die,**

*Ipsâ scil. illâ, quâ ante XLIII Annos munus sacrum Thorunii  
ingressus fuerat,*

**Dominicâ JVBILATE,**

*lugubribus hisce*

*comitatur*

**MINISTERIUM THORUNIENSE**



**T H O R U N I I,**

Impressit Ioan. Nicolai, NOBIL. SENATUS & GYMNASII Typographus



**N**on, quam quisque *din* fuerit vitæ hujus in usu,  
 Sed bene quam fuerit; quæritur atque refert:  
*Satque din* vixit, bene *fat* qui vixit in Orbe,  
 Aurea nec vitæ stamina duxit iners.  
 Sed tamen, atque *din* simul ac bene vivere vitam,  
 Quis quæso magnæ laudis id esse neget?  
 Tu, *Reverende Senex*, quam longa hic stamina vitæ  
 Traxeris, & bene quam? *fat*, puto, cuique patet.  
 Gratulor hinc abitum, faustumque ad gaudia Cœli  
 Introitum. Numen mente gemente rogans:  
 Alme Pater, nobis quod vitæ muneris atque  
 In terris, longum seu breve figis iter,  
 Ah quæso, bene da nostrum decurrat ut omnis,  
 Sat longo in terris tempore sic fuimus.

*Emerito Seni  
 de Felici*

*ex satis longâ & confragosâ vitæ ærumnosæ via Exodo  
 applaudit*

EPHRAIM PRÆTORIUS, R. Ministr. Senior



**C**irculus hem! vitæ bene clausus morte Beati,  
 Principio & fini compar utrique favor.  
 Muneris auspiciam fuerant tunc iubila Thomæ,  
 Nunc simili eiusdem tempore finis adest.  
 Principio hic melior, cur? quod meliora Beata  
 Jubila suppeditat, quæ sine fine manent.

*Beate defuncto Seni & Collegæ ultimum honoris  
 & amicitiae officium inter dubias afflicti  
 corporis acerbitates persolvit*

M. GODOFREDUS WEISSIUS.



**S**omnus ut est mortis, sic lectus imago sepulchri,  
 Cum morbus lecto, Te, VENERANDE SENEX,  
 Non timuit pugnax annis affigere multis;  
 Ut tandem terræ redderet omne suum.  
 Ast TIBI corporis exuviis & morte soluto  
 Gratulor, aethera Te regione frui.

Non

Non illic morbi, non ærumnosa senectus,  
 Non grave pauperie urget acerba malum;  
 Sed cytharæ cantusque vigent, animæque piorum  
 Aspiciunt hilares jam sine fine DEUM.  
 Felix, qui senium sic mutat morte beata:  
 Namque perit senium, vitæque læta redit.

EPITAPHIUM:

Hoc jacet in tumulo vere grandæva *Palumbes*,  
 Cælorum cujus spiritus arva colit.

Addit

MARTINUS OLOFF, Ecclesiastes ad D. Mar. Pol.



**D**as graue Haupt/ das uns die Himmels-Pfosten  
 War offters hat erfreulich auffgemacht/  
 Mus auch nunmehr die bitere Wurzel kosten/  
 Die Adams Fall hat in die Welt gebracht.  
 Herr Ringeltaub/ der vormahls (\*) zu uns kommen/  
 Und hier bey uns das Lehr-Ampt auff sich nahm;  
 Der hat bey Gott die Herberg ist genommen /  
 Sein Geist ist da/ daher er anfangs kam.  
 Triumph! Triumph! Er hat nun überwunden/  
 Und eben icht/ da Christus/ unser Heyl/  
 Den Belial zusammt dem Tod gebunden /  
 Am Sieges-Kranz erworben einen Theil.  
 Er hat erreicht sein Ziel/ und sein Begehren/  
 Es ist nunmehr sein (\*\*)  
 Komm Herr Jesu/ wahr! /  
 Wie schied Er doch so sanfft und still von hinnen?  
 Wie war Er doch so muthig immerdar?  
 Wol dem/ der nie der Menschen Eitelkeiten /  
 Den stolzen Pracht und Ehr der Welt geliebt/  
 Der ist getrost und lacht zu solchen Zeiten /  
 Und fähret denn von hinnen unbetrübt.

*Zu letzten Ehren dem Seel. Hrn. Emerito setzte dieses auf*

Samuel Schönwaldt/

*Evangelisch deutscher Prediger in der Neustadt.*

- (\*) Anno 1671. eben am Sonntage Jubilate (an welchem Er auch begraben wird) ward Er introduciret.
- (\*\*) War sein täglicher Wunsch in der dreijährigen Krankheit.



*Morientis: Cupio dissolvi & esse cum Christo. Phil. 1, 23.*

**C**ur celerare finis finem gemebunda Senectus?  
 Cur hoc defesso corpore tarda venis?  
 Pelle, precor, citius lasso de corpore vitam;  
 Ingens sic lucrum mors erit illa mihi.  
 Non sum, qui fueram, longis consumptus ab annis:  
 Desicit ingenium, linguaque mensque mea.  
 JOVA mihi permulta dedit, jam cuncta reposcit:

A 2

Me

Me cupiunt summi summa theatra poli.  
 Jam juvenile decus rapuit mihi cana Senectus,  
 Obruit & vires debilitate meas.  
 Mens, frons, cor vegetum fuerat, mea dextra laborum:  
 Multa meae fidei signa probata dedi;  
 Erudii dictis, monitisque fidelibus urfi,  
 Ut facit invicto robore miles opus.  
 Jam perit auditus, pereunt in corpore vires:  
 Vix quaedam tactu noscere certa queo.  
 Et lethæa meam nubunt oblivia mentem,  
 Quicquid heri factum vix meminisse queo.  
 Longa mihi, quoniam gravis est & inutilis ætas,  
 Vivere dum nolo, sit mihi dulce mori.  
 Dissolvi cupio: cupio te cernere JESU,  
 Donis æternis, lætitiæque frui.  
 Cælum pro terra, vitam pro morte recepi,  
 Angelicos inter lætor ovoque choros.

CHRISTOPHORUS RADZKI,  
 Eccl. Thorun. ad S. Georg,



**S**O geht der matte Hirt zu der verlangten Ruh /  
 Des grossen Hirten Stimm alsbald Er nur vernommen /  
 Sprach er: Ich bin bereit den Augenblick zu kommen /  
 Die Seele sehnet sich nur nach dem Himmel: zu!  
 Reicherte Jacob sich bey seiner Hirten Wach /  
 Er hält' am Tag die Hit / zu Nacht die Kält empfunden /  
 Entzissen wären ihm zum Schlaf die süßen Stunden /  
 Stadt wolverdienten Lohns + trug er nur Ungemach: † Gen. 31. 49.  
 So hats der Seelge wol in seinem Ampt versucht / † In Wel-  
 Hier und auch anderwärts + hat Er sehr viel erfahren / schwitz. A. 1678.  
 Bey seiner Seelen-Sörg von † Drey und funffzig Jahren / † In Freysädt-  
 Der † Anfang war hierzu die Saul und Kunder Zucht. chen A. 1660.  
 Zeit seines schweren Ampts / das ämbtsig er geführt /  
 Was war zum öfftern drinn für Ungemach fürhanden /  
 Das durch des Höchsten Hülf Er glücklich überstanden;  
 Sein Leben war dazu mit Erbarkeit geziert.  
 Das hat Er durch die Gnad des Schöpfers hoch gebracht /  
 Gott ließ Ihn achtzig eins der Lebens-Jahre zählen /  
 Die letzten drey mit Schmerz vom Schlag geführt Ihn quälen /  
 Nun folgt der Gnaden-Lohn / darnach Er stets getracht't.  
 Merckwürdig ist der † Tag / dran Gott die Seel der Welt † Sonntag  
 Entreißt / und als ein Hirt führt zu den Himmels-Schaafen / Miseric.  
 Der Andre noch viel mehr / da man den Leib zum schlafen  
 In seine Kammer bringt / den Leich-Proceß Ihn hält.  
 Mit diesem letzten † Tag trat Er im Gottes Haus † Sonntag  
 Auf die zum Predigt-Ampt gewiesne Cankel-Stuffen / Jubil.  
 Er richtete das aus / wozu Er war beruffen /  
 Und eben an dem Tag trägt man Ihn tod heraus.

† A. 1678. in  
 Zeitsch. Eylau  
 Rector.

† Gen. 31. 49.

† In Wel-  
 schwitz. A. 1678.  
 † In Freysädt-  
 chen A. 1660.

† Sonntag  
 Miseric.

† Sonntag  
 Jubil.

Der

Der Seelen nach steht Er verklärt bey der Gemein /  
 Die Ihm der Erh. Hirt hat zu Schafflein außerköhren /  
 Die durch das Bad der Tauff zum Himmel neu geböhren /  
 Zu Ehren ihrem Gott das Jubilate schrey'n.

Zum ewigen Ehren-Gedächtniß  
 schriebs

Daniel Köhler /  
 Prediger zu S. Marcen.



**S**umma Ministerii sacri consistit in illâ,  
 Quâ obstrinxit Mystas, conditione DEUS:  
 Ut curas habeant animarum, ac dent rationem  
 De quavis olim, quæ peritura, gravem.  
 O miseros! qui, polluta pietate, verentur  
 Carpere peccantes, atque notare nefas.  
 Verba quidem, fateor, nil proficientia fundis  
 Scæpius, ac odium concipit alter atrox,  
 Quò furor, & genius pellic perversus; & audet  
 Admonitus crimen scæpè negare suum.  
 At, cura Tu justa Dei, cypabere quamvis;  
 Quisque, suum vitium quò tueatur, habet.  
 Nec cessa, iuste mores perstringere pravos,  
 Alterius caveas criminis esse reus.  
 A Christo Nomen Mundus mentitur habere,  
 Crimina vestiri hoc posse colore putans.  
 Ac Speciem pietatis habet; spes nulla salutis;  
 Ad vitium mores instruit ecce! suos.  
 Quod culpas scelus, heu! propugnat, nec scelus esse,  
 Quin, vafre exculpans, fasque piumque vocat.  
 Sic Cælum petitur! Quivis vult esse beatus,  
 Se meruisse putat, nec liquet, esse pium.  
 Hos scelerum ritus, plus quadraginta per annos  
 Damnasti hic, sacro gnavus in officio:  
 Ager & Emeritus Mundi delicta perosus  
 Indoluisti non, Vir Reverende, minus.  
 Stat mens firma, eadem fidei vestigia sancta,  
 Non secus ac Sparta, Te præunte, sequi.  
 Ac Cœli in sedes tandem, Te sic præcuntem,  
 Clementer Numen det mihi posse sequi.

Illic suspiriis Pl. Reverendum Dominum  
 Antecessorem suum ad tumulum comi-  
 tari voluit ac debuit

JOH. REINHOLDUS Böhm /  
 Ecclesiastes Neopol. Tento = Polonicus.

*Diu vivere, est diu torqueri.*

**V**ita quid est? [a] Labor est, & nil nisi (b) vana cupido.  
Vita quid est? (c) Peregrinantis molesque dolorque.  
Vita quid est? Est (d) nausea ficque (e) Dies operari.  
Vita quid est? Morbus Cani rugæque Senilis.  
O dorum telum! quod primò à tempore vitæ  
Noster Mysta senex animose pertulit usque.  
Indefesse obiit munus Triadis Sacrosanctæ.  
Indefessus erat meditando, legendo, docendo.  
Sat benè satque diu vigit CLERUS VENERANDUS,  
Satque diu gestavit onus pensumque diurnum.  
Ampla brabea tenet, requiescens psallit & euge!  
Inque Choro Angelico faciem nunc cernit JESU.

(a) Psalm. 90, 11. (b) Eccl. 11, 10. (c) Gen. 47, 9.  
(d) Jon. 4, 3. (e) Job. 7, 1.

*Hicce ex debita reverentia, iam iam in Christo  
vulneribus dormientem Patrem ac Compatrem  
suum Venrandum comitatur*

**GODOFREDUS CHOLEVIUS,**  
*Ecclesiastes Grembocinens.*



**S**ic, *Venerande Senex*, multorum tristia fata  
Lustrorum superas, cœlica regna petens.  
Per varios casus, per tot discrimina rerum,  
In Patriam tendis, quæ quoque parta Tibi.  
Euge ergo, præeas ad gaudia, *Serve fidelis*,  
Nos juvet alma TRIAS, ordine rite sequi.

*Admodum Reverendo Domino EMERITO  
gaudia & quietem post longos labores &  
mærores hicce gratulatur*  
**JOHANNES HELDT, Past. Gurskens.**

